

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Animam sponte non exturbandam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A muntur: ea quæ & qualia sint, explicare jam cura fuerit, proindeque lucernam, fidam studiorum vi-
giliarumque nostrarum comitem, feligamus.

VITA, ANIMUSQUE. CAP. V.

Primum quidem lucerna significatum est, ut pro vita figuretur, cui oleum ad luminis vivacitatem *Verba sunt*: infusum, vitalem eum humorem ostendit, quo pascitur calor, ut corpus vivificet: quo deficiente, *Polyxena* & colorem simul & corpus extinguiri necesse est. Inde apud Euripidem plerisque fabulis vitam reli- *in Iphigenia Euripi*-
cturi dicunt, *χαῖρε Φίλω Φῶς*. Quam opinionem Plutarchus sequitur, dum lucernam corpori, ani- *pida*,
ma quippe receptaculo, similem dicit, lumen vero animo. Nam & sacerdotes in captandis auguris
lumine minime cooperio clausove ideo uti soliti, summaq; aeris tranquillitate frui, quod animum,
qui certi aliquid conjicere velit, tranquillum ab omni ventorum turbine, hoc est, ab impuris affecti-
bus liberum esse deceat: ne veluti aves aeria transverze plerumque vi ventorum aguntur, ita in-
terna mundi nostri aves, quippe mentis agitatio solertiaque, & hujusmodi pleraque, errore perple-
xo disturbantur,

ANIMAM SPONTE NON EXTURBANDAM.

CAP. VI.

Hinc illa apud veteres super igne religio, ut eum porro extinguere nefas esset, quem potius per *Vetrum* fife languentem desicere sinebant. Tale quid in nobis, veluti per hieroglyphicum indicantes, *super igne religio*. ne vi animam exturbaremus, nobismet ipsi mortem conscientes: animam enim, inquit Plato, no- *Pius omnibus deti-*
bis custodia creditam tam diu observare debemus, quoad à Principe repetatur, ne si fractis ergastu- *nendus est animus in custodia corporis*
lis, perfossisque carceribus effugerimus, divinas leges quotquot sunt, in nos, nullo relitto defensio- *Scip. in Sam. Ci- ceronis.*
ni loco convertamus.

LIBERORUM PROPAGATIO.

CAP. VII.

Longe vero apertius sexto de Legibus animam lumini comparavit, ubi cives ait oportere libe-
ris generatis atque educandis operam dare, ut vitam, quam ipsi à majoribus accepissent, vi-
C tissim, quasi tædas ardentes, posteris tradant. Hunc lecetus Lucretius, ubi de animantibus agit, que
successione propagantur, vita per vices aliis in alia transfusa, hujusmodi hieroglyphico rem oculis
subjicere viuis est, lib. 2.

Et quasi cursores vita lampada tradant.

Be ludo vero lampadum, quem dicunt à Prometheo institutum, legendum apud interpretes Aristophanis, Ranis: apud Platonem lib. 1. de Republ. apud Pausaniam, Atticis: apud Herodotum, Ura-
nia: & in Rhetoricis ad Herennium.

HOMO. CAP. VIII.

Edem argumento Hercules humanas viætmas in lumina totidem Saturnalitii sacris commu-
tavit, impietate oraculi per hunc modum perhumaniter emendata: nam Pelasgos tradit Varro
post longos errores pervenisse in Italiam, ibique ex oraculi Dodonæ monitis decumatos homines
Diti atque Saturno sacrificasse. Oraculum fuit, ut L. Manius se vidisse dicit super tripode quodam
D in templo Jovis characteribus:

KAI KEPHALAΣ AΙΔΕΙ ΚΑΙΤΩ ΠΑΤΡΙ ΠΕΜΠΕΤΕ ΦΩΤΑ,
quod ita Latinum fiet:

Platonis capita, est hominem sacra mittite patri.

Sed enim Hercules ex Hispania rediens, rei non sacræ, sed execrabilis immanitate offensus, cum Deos hos lumina, non homines sibi deposcere docuisset, quod *Φῶς* commune utrique nomen, & lumen, & hominem significaret, oraculumque interpretandum:

Platonis capita, at genitori lumina dentur.

obtinuit ut Diti oscilla, & Saturno lampades dedicarentur, atque ita Saturnalia instituta, in quibus *Saturnales* ieiunum in-
præter sigillaria mos fuit cereos etiam missitare. Sane humanas hostias Saturno immolare multarum *missitare*.

D d d d 2

gentium

*Hec à Ma-
trobo lib. 1.
capit. 7. ad
verbum.*